

non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoscumque alios quavis auctoritate fungentes, sublatis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

obsequium
derogatio.

§.7. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac Conciliis Universalibus, etiam quoad dietas, ac quatenus opus sit regula nostra de iure quæsitio non tollendo, necnon omnibus illis, quæ in præmissis nostris literis volumus non obtinere; Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus concessionum, privilegiorum, & aliorum prætorum derogationibus, suspensionibus, & limitationibus, aut quibuscumque aliis contrariis dispositionibus pro tempore facien., comprehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum statum validissimum, etiam sub posteriori data denuo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 7.
Septembris 1640.
An. XVIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris, die septima Septembris 1640. Pontificatus nostri Anno XVIII.

DCLXI.

Breve exequutoriale super Literas Apostolicas Clement. VIII. ac Urbani VIII., ac super Statuta pro Indiarum Provincia Fratrum Minorum de Observantia, quod mittere possint Commissarios ad Capitulum Generale.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Referuntur
Literæ Aposto-
licæ, quibus ita
tuitur.

§.1. Aliis a Nobis emanarunt literæ tenoris subsequenti, videlicet: Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis providentia ea, quæ in personarum Regularium Capitulis Generalibus interdum sancita, & auctoritate apostolica compro-

bata fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, præsertim cum felici earumdem personarum statui, & quieti opportune consulitur, immutat, in hisque sue sollicitudinis partes favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Alias siquidem in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum de anno 1625. celebrato, inter alia conditum fuit Statutum tenoris sequenti, videlicet.

Quod Ministri
Provinciales in
diarum possint
mittere Com-
missarios ad Ca-
pit. Gen.

§.2. Caveant ex Indiarum Provincia Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel, aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultas conceditur. Nosque Statutum huiusmodi illius tenore inserto confirmavimus, & approbavimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Joannes Merinero dicti Ordinis Minister Generalis, Patres in Capitulo Generali eisdem Ordinis in hac Alma Urbe nostra novissime celebrato congregati, Ministris Provincialibus prædictarum Provinciarum Indiarum antiquum jus, quod habebant, ut ad Capitulum Generale Commissarios eorum nomine suffragium laturos mittere possent, iustis ex causis restituendum esse censuerint. Nobis propterea dictus Joannes Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eisdem Joannis Ministri Generalis votis annuere volentes, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Magistris Provincialibus dd. Provinciarum Indiarum pro tempore existent., quod ad Capitulum Generale d. Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittuntur, quam etiam Custodes filii earum Provinciarum respective sint, pro quibus mittentur, vel in eis incorporati, sive in Indiis, sive in aliis Europe partibus existant, dummodo ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii, quam Custodes prædicti a suis Provinciis non aliter, quam juxta Constitutiones generales Segobienfes eligantur, quodque si Commissarii, & Custodes huiusmodi in itinere decedant, suffragium suum nemini, etiam tantquam Procuratori absentis, vel presenti committere possint, ac idem in aliis etiam Prelatis, & vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudinem servetur, Apo-

stolica

stolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Quod Forenses
non promovetur
ad Officia.

§.3. Et insuper pro commodiori præmissorum executione Constitutionem, fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: *His, quæ ad Regularium personarum statum*, die 4. Martii 1600. Pontificatus sui Anno Nono editam, qua cavetur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, præsertim in Limensi Provincia ad Ministratus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quam illi, qui eisdem Provincia Alumni sunt, vel ad eam expresse, ac nominatim missi ex Hispaniis, cum Ministris Generalis, aut Commissariis Indiarum apud Catholicis Hispaniarum Regis Curiam assistentis literis obedientialibus in illis Provinciis incorporati fuerint, innovamus, approbamus, & confirmamus. Declarantes sub illis verbis: *Seu quodlibet aliud dignitatis officium, in dicta Constitutione expressis, Ministris Provincialis, tam pro regenda Provincia, quam pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati, Vicarii Provincialis, Custodis, Definitorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum officia comprehendendi, & comprehensa intelligi; Sicque in præmissis, etiam per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

Executores
deputat, & m-
dat puniti trans-
gressores.

§.4. Quocirca dilectis filiis Nunciis, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Commissariis generalibus in Indiis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis late sententiæ, privationisque suorum officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda penes præcipimus, & mandamus, ut presentes literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter servent, & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit, quomodolibet servari curent. Alioquin, si eos hac in parte deliquisse, compertum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regredientes, omni privilegio, titulo, immunitate, & exemptione privati remaneant: injungentes, & districte præcipientes dicto Joanni, & aliis pro tempore existentibus Ordinis prædicti Ministris generalibus, ut citra conniventiam quamcumque penas prædictas contra transgressores debite executioni mandari faciant, onerando in his eorum conscientias.

Non obstante Statuto, & Literis nostris prædictis, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, & Provin-

ciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Ministris Generalibus, ac Provincialibus, & Commissariis prædictis, aliisque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum, sub annulo Piscatoris, diei 6. Augusti 1639. Pontificatus nostri anno decimo septimo.

§.5. Cum autem, sicut accepimus, Commissarii Generales Indiarum in prædictis Provinciis circa provisionem officiorum multa quotidie contra prædictas nostras literas, & Statuta in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in Urbe celebrato pro Indiarum edita moliantur; etenim peracta Provincialis Ministri, Definitorumque electione tabulas Guardianorum arbitrato suo conscriptas profertur, atque a Provincialibus, & Definitoribus subscribi volentes faciunt, necnon captiosas, & dolo plenas Prælatorum postulationes sibi fieri procurant in maximum dicti Ordinis detrimentum, & Sacrorum Canonum, Decretorumque Concilii Tridentini transgressionem; Idcirco Nos cupientes præsentibus nostras literas, & statuta huiusmodi debite, ut par est, executioni demandari, & ne talia deinceps fiant, providere, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Limano, ac dilectis filiis Decano, & Archidiacono Ecclesiæ Limanæ, nunc, & pro tempore existentibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipse, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando

Causæ p. resen-
tis edenda Con-
stitutionis.

opus

opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum, & aliorum quorumcumque Ordinis, & Provinciæ hujusmodi Religiosorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra prædictas nostras præinfertas, ipsamque Statutum, ac præfentes etiam nostras literas debite executioni demandari, & ab omnibus, quos illæ concernunt, & in futurum quomodolibet concernent, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, ipsosque Superiores, & alios prædictos omnium, & singulorum in prædictis Statuto, & literis contentorum, aliorumque præmissorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate fungente, quovis prætextu quomodolibet indebite molestari.

Decretum irritans.

§.6. Contradictores quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel favorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte quomodolibet præstantes, per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimifque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrarium derogatio.

§.7. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, ac Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in dictis præinfertis literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandata.

§.8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum die 27. Septembris 1640. An. XVIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Septembris 1640. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

DCLXII.

Ex Regest. in Secret. brev.

Indultum Philippi IV. Regi Catholico nominandi ad Monasteria, Prioratus, & Præposituras in Belgio, & Comitatu Burgundiæ.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Charissime in Christo fili noster salutem & apostolicam benedictionem.

Referuntur similes concessiones Philippi II. a Pontificibus.

§.1. Olim postquam fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster

clar. mem. Philippo II. Hispaniarum Regi Catholico, quamdiu ageret in humanis, & in sinceritate Fidei, ac unitate S. R. E. nec non obedientia, & devotione suis, ac Successorum suorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persisteret, ut nullus ad Dignitates Abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum, etiam per Priores, aut Præpositos regi, & gubernari solitorum regimina infra Districtus Ducatum, Marchionatum, & Comitatum aliorumque Dominiorum suorum in partibus Inferioris Germaniæ, seu Belgicæ Ditionis comprehensorum, ac se cum suis Civitatibus, & appendiciis extendentium, quæque tunc possidebat, in illis partibus dumtaxat consistentium per eundem Pium prædecessorem, aut Sedem Apostolicam præfici, nec illis de quorumvis personis quovis modo provideri posset absque dicti Philippi Regis intentione, & consensu præcedentibus, de aliis vero Dignitatibus videlicet secularibus principalibus, & Regularibus non conventualibus infra præfatos districtus, non nisi de locis sue Ditioni subjectis, aut sibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundis provideri concefferit, & indulserat; pia mem. Gregorius XIII. etiam Prædecessor noster, multis, maximisque prædicti Philippi Regis erga se ac dictam Sedem meritis inductus concessionem, & Indultum hujusmodi ad Comitatum Burgundiæ ditionis sue hereditariæ extendit, & ampliavit; & deinde re. mem. Sixtus PP. V. etiam prædecessor noster exposito sibi pro parte ejusdem Philippi Regis ab aliquibus tunc hæsitari, an Prioratus Conventuales, qui per Priores, seu forsan Præpositos reguntur, seu gubernantur, & nonnulla Monasteria, & similes Prioratus intra septa Dominiorum, prædictorum, & ejusdem Burgundiæ Comitatum, seu sub temporali Dominio aliorum procerum consistentia; etiam si Prioratus, vel Præposituræ, aut Præpositatus, & non Monasteria nuncuparentur, sub Indulto, ac extensione prædictis comprehenderentur, eandem dubitationem amputando, eidem Philippo Regi sua tantum vita durante jus nominandi prædicto Sixto Prædecessori, & Romanis Pontificibus pro tempore existentibus tam ad prædictas Dignitates Abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum etiam per Priores, aut Præpositos regi, & gubernari solitorum regimina, quam etiam ad quoscumque Prioratus, Præposituras, aut Præpositatus Conventum habentes, infra districtus eorumdem Ducatum, Marchionatum & aliorum Dominiorum, & Comitatus Burgundiæ, dummodo intra septa eorumdem Dominiorum, & Comitatus Burgundiæ, dummodo intra septa eorumdem Dominiorum, & Comitatus Burgundiæ consistere, etiam si sub temporali Dominio aliorum procerum extarent, vel temporalem Jurisdictionem haberent, ac etiam si Prioratus, Præposituræ, aut Præpositatus, & non monasteria nuncuparentur, pro tempore vacantes, seu vacantia per eundem Sixtum Prædecessorem, & Romanos Pontifices

tifices Successores suos ad nominationem hujusmodi conferendos, & conferenda concessit, & indulgit, prout in diversis dictorum prædecessorum literis desuper in simili forma Brevis confectis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur.

Concessio Philippi Quarto de qua in Rub.

§.2. Cum autem pro parte tua nobis fuerit expositum, majestatem tuam simili concessione & Indulto ex nostra, & Sedis Apostolicæ benignitate gaudere posse, plurimum exoptasse; Nos tuæ fidei, constantiæ, ac devotionis, quibus erga nos, & Sedem Apostolicam præfulgere dignosceris, meritis adducti, tuisque supplicationibus hujusmodi inclinati: Tibi tua tantum vita durante, & quamdiu in sinceritate fidei & unitate S. R. E. nec non obedientia, & devotione nostris & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium hujusmodi persisteris, Jus, & facultatem nominandi nobis, & Rom. Pont. pro tempore existentem tam ad prædictas Dignitates Abbatiales, aut quorumcumque Monasteriorum regimina etiam per Priores, aut Præpositos regi, & gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque Prioratus, Præposituras, aut Præpositatus Conventum habentes infra districtus eorumdem Ducatum, Marchionatum, & aliorum Dominiorum tuorum prædictorum, ac Comitatus Burgundiæ dummodo intra septa eorumdem Dominiorum Comitatus Burgundiæ existant, etiam si sub temporali Dominio aliorum procerum consistant vel temporalem Jurisdictionem habeant, ac etiam si Prioratus, Præposituræ, ac Præpositatus, & non monasteria nuncupentur, pro tempore vacantes, seu vacantia, per nos, & Romanos Pontifices Successores nostros ad nominationem tuam infra decem menses a die cujuslibet vacationis faciendam, ac nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti præsentandam, conferendos, & conferenda, auctoritate Apostolica, tenore præsentium de specialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus: Itaut de dictis Dignitatibus Abbatialibus, aut quibuscumque Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus prædictis pro tempore vacan. absque nominatione tua prædicta, de aliis vero sub nominatione hujusmodi non comprehensis, & absque illa libere conferendum, Dignitatibus videlicet secularibus principalibus, & regularibus actu non conventualibus infra prædictos districtus consisten. non nisi de locis tuæ ditioni subjectis, aut tibi gratis, & acceptis personis per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, & Sedem eandem pro tempore disponi, & respective provideri minime possis.

Contrarium derogatio.

§.3. Non obstant. quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac singulorum Prioratum, & Præpositurarum, & Præpositatum prædictorum, ac Ordinum, quorum illa sunt, seu a quibus dependet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmita-

te alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Octobris 1640. Pontificatus nostri Anno XVIII.

Datum die 6. Octobris 1640. An. XVIII.

DCLXIII.

Confirmatio Declarationis Constitutionis Clementis Papæ VIII. de largitione munerum Regularibus utriusque sexus interdicia.

Hanc Constitutionem Clem. VIII. de Largitione Munerum &c. habes Tom. V. Par. II. num. LXXXVI. incip. Religiosæ Congregationes, fol. 31.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper a Congregatione nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum, coram dilecto filio nostro Antonio tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrii nuncupato, Majori Pœnitentiario, ac nostro in alma Urbe Pro-Vicario in spiritualibus generali, & nostro secundum carnem fratre germano, a Nobis deputata, emanavit declaratio tenoris subsequenti, videlicet.

Exordium.

§.1. Cum circa interpretationem Constitutionis fel. record. Clementis VIII. sub dat. 13. Kalend. Julii Pontificatus sui Anno Tertio: de Largitione munerum Regularibus utriusque sexus interdicia, nonnullæ difficultates, & ambiguitates sint exortæ; Congregatio specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Urbano Divina providentia Papa VIII. coram Eminentissimo Cardinali S. Onuphrii Majori Pœnitentiario, ac Urbis Pro-Vicario deputata, auctoritate sibi attributa declaravit, & declarat, munerum a Religiosis utriusque sexus tribui posse, ex causis gratitudinis, conciliationis benevolentia, ejusque conservationis erga ipsam Religionem, vel Conventum, aliusve causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeste tamen, ac discrete, & dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu majoris partis conventus, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus,

Referuntur declaratio circa Constitutionem Clem. VIII. de Largitione munerum.

bus, seu consuetudinibus cuiusque Religionis respective, in huiusmodi casibus requiratur. Consensum vero Conventus §. 3. ejusdem Constitutionis ad leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda &c. requisitum, intelligi debere de consensu alius de jure requisito, & ubi concurrat ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §. 4. ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam etiam oretenus eidem concessam, declarat. Comestiones autem, compotationes, & convivia in excipiendis præsertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis honorifice, & laute, de quibus in §. 5., & 6. ejusdem Constitutionis, censeri tantummodo prohibita, si decentiæ status regularis adverteatur. Restitutionem vero receptorum Conventibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id commode fieri potest; aliis Conventui ejusdem Religionis viciniore loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes, qui hucusque adversus supradictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, a pœnis quibuscumque in eadem Constitutione inflictis, & incurfis posse, & debere a propriis Confessariis absolvi in foro conscientie, etiam non facta prius huiusmodi rerum donatarum, seu datarum restitutione. Quoad eos vero, qui præter modum prædictum graviori religionis detrimento largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit Majori Pœnitentiario, ut de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientie absolvat, dispenset, & condonet, seu absolvi, dispensari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit. Et ne prædictæ Clement. VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cuiuscumque Monasterii, Conventus, Domus, & Collegii Regularis sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso jure incurren. efficere teneantur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solum prædicta Constitutio (quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, & quatenus opus sit innovat, quemcumque præsentium non usum, aut præsentium usum, seu præsentiam consuetudinem, damnando, & irritando) verum etiam hoc decretum in aliqua publica Congregatione, vel saltem in publica mensa perlegatur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis etiam Regularibus, quam Laicis cuiuscumque sint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehenderentur, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi, vel interpre-

tandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri Breve. Datum Romæ, die decimaquinta Septembris 1640.
§. 2. Quapropter ut præmissa firmius subsistant, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, declarationem præsertim cum omnibus & singulis in ea contentis tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari.
§. 3. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & quovis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.
§. 4. Non obstantibus quoad ea, quæ declarationi prædictæ, & præsentibus sunt contraria, vel diversa, Constitutione, fel. reco rd. Clementis Papæ VIII. prædecessoris Nostri, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in Constitutione huiusmodi voluit non obstat, cæterisque contrariis
Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 16. Octobris 1640. Pont. Nostri Anno Decimo octavo.
Anno a Nativ. Domini Nostri Jesu Christi Millesimo sexcentesimo quadragesimo, Indictione octava, die vero trigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papæ Octavi, anno decimo octavo, retrospectiva litera publicata, & affixa fuerunt in acie Campi Floræ, ac aliis locis publicis & consuetis, per nos Hieronymum Mascellam, & Andream Castrucium ejusdem S. D. N. Cur. Ita est. Hieronymus Mascella S. D. N. P. P. Curior pro D. Mag. Ita est. Andreas Castrucius S. D. N. Pape Curior.

Præfati declarationem confirmat hic Pontifex.

Clausula subscrita ac.

Contrariis derogat.

Datum die 16. Octobris 1640. An. XVIII.

Quod

DCLXIV.

Quod Prior Provincialis Fratrum Ordinis Prædicatorum Provinciae Poloniae sit biennalis dumtaxat, ad instar Romanæ, & Lombardiæ dicti Ordinis Provincialiarum.

De his Fratribus vide in Const. CDLXXIII. Alias per Nos, ut supra fol. 17. Ac Constit. DCVIII. in his Apostolici. ibidem. fol. 189.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Domini Nostri Jesu Christi, qui charitas est, & Deus pacis, vices, meritis licet imparibus, gerentes in Terris, pacem, & concordiam inter Christianos quoslibet, præsertim Regulares, sublata dissidiorum materia, confovere studemus, ut ipsi in charitate, & sic in Deo manentes, ei sua vota reddant in sanctitate, & iustitia coram ipso.
§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Fratres Ordinis Prædicatorum Provinciae Poloniae Nobis nuper exponi fecerunt, gravissima in prædicta Provincia dissensiones, & controversiæ super distributione officiorum vigeant, propterea ipsi Exponentes perpetuam inter ejusdem Provinciae filios, necnon inter Conventuales Conventus Cracoviensis Ordinis huiusmodi pacem stabiliri summo opere desiderant.
§. 2. Nos pro nostri pastoralis officii debito desuper opportune providere volentes, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati.
§. 3. Quod de cætero futurum ejusdem Provinciae Prior Provincialis, biennalis dumtaxat, ad instar Priorum Provincialium Romanæ, & Lombardiæ dicti Ordinis Provincialiarum existat, alternis vicibus, primo videlicet ex Cracoviensi, secundo ex Vilnensi, tertio ex Lublinensi, quarto ex Posnaniensi, ac demum quinto successivè ex aliis dictæ Provinciae Conventibus Ordinis huiusmodi eligi, & assumi respectu debeat, quodque nec Definitor Generalis, seu Provincialis, nec Socius Definitoris, ac Provincialis sit umquam ex eodem Conventu, cujus erit ipse Prior Provincialis, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, mandamus, & ordinamus; ita tamen, ut post modernum dictæ Provinciae Priorem Provincialiarum.
Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

Proximam

Motiva

Prior Provincialis eligatur alternis vicibus ex quinque nationibus.

vincialem, qui, ut asseritur, filius Conventus existit, ac cujus officium Dominica tertia post festum Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi 1642. expirabit eligatur primo loco Prior Provincialis ex Conventu Vilnensi prædicto, & sic deinceps, ordine per Nos supra constituto.
§. 4. Decernentes præsentibus literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcussè observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provinciæ huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud S. Mariam Majoris, sub Annulo Piscatoris die 6. Novembris 1640. Pontificatus nostri Anno XVIII.
Datum die 6. Novembris 1640. An. XVIII.

Decretum factum

Contrariis derogat.

Datum die 6. Novembris 1640. An. XVIII.

Et Reg. in Secret. Arc.

Causa concessio

Concessio, & que in Rubr.

DCLXV.

Concessio Nuncio Apostolico apud Helvetios, ac Rhetos circa conferenda Beneficia curata, quæ personis idoneis male collata fuerunt.
Et Reg. in Secret. Arc.
Ven. Fratri Hieronymo Archiepiscopo Patravæno nostro, & Apostolica Sedis in Domino Helvetiorum, & Rhetorum Nuncio.
URBANUS PAPA OCTAVUS
Venerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem.
§. 1. **C**um sicut Nobis nuper significasti, pleræque Ecclesiæ Parochiales, ac alia curata Beneficia, quæ de jure patronatus esse asseruntur intra limites tuæ legationis a personis de illis canonicè non institutis, & minus idoneis possideantur, non sine gravi auctoritatis Ecclesiasticæ, ac divini cultus, salutisque animarum, curæ personarum huiusmodi commissarum, detrimento.
§. 2. Propterea pro pastoralis nostri munere in præmissis, quantum cum Domino possumus, opportune providere volentes, fraternitati tuæ, ut Parochiales Ecclesias, aliaque Beneficia curata huiusmodi de jure patronatus existentia, quæ possidentur a personis vitiosum ingressum habentibus, & qui, ut asseritur, filius Conventus existit, ac cujus officium Dominica tertia post festum Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi 1642. expirabit eligatur primo loco Prior Provincialis ex Conventu Vilnensi prædicto, & sic deinceps, ordine per Nos supra constituto.
§. 4. Decernentes præsentibus literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcussè observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provinciæ huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud S. Mariam Majoris, sub Annulo Piscatoris die 6. Novembris 1640. Pontificatus nostri Anno XVIII.
Datum die 6. Novembris 1640. An. XVIII.

L1

ben-

bentibus, utpote non examinatis, nec institutis ab habente facultatem, sed a Patronifinet, & consequenter vacant, & ad Sedem Apostolicam juxta Constitutionem fe. re. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri ob lapsum temporis in ea præfixi devoluta sunt, eisdem personis, si prævio examine debito idoneæ repertæ sint, sin minus aliis idoneis, citra tamen approbationem juris patronatus hujusmodi conferre, eisdemque fructus perceptos gratis condonare possis, ac ut super his literas patentes gratis concedas, facultatem apostolica auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impertimur.

Chausole

§.3. Mandantes Tibi quatenus sedulo cures, & deinceps in subsequentiis vacationibus, post sequutas præsentationes patronorum ante possessionem adeatur Ordinarius pro obtinendis institutionibus concedendis prævio examine debito, ac decernentes quidquid in præmissis vigore præsentium feceris validum, firmum, & efficac fore; sicque desuper per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & de latere lagatos judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarium derogatio.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Beneficiorum, & Ecclesiarum prædictarum fundationibus, & erectionibus, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 5. Januarii 1641. An. XVIII.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 5. Januarii 1641. Pontificatus nostri Anno XVIII.

DCL XVI.

Restitutio viæ antiquæ, & Postarum a Terra Montis Rosarum per Loca, & Territoria immediate subiecta Sedi Apostolicæ Viterbium usque.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEcet, & æquum est, ut Nos, qui pro pastorali nostra sollicitudine omnium Caritativelium commodis assidue invigilamus, Sedis Apostolicæ, nostrorumque & illius in temporalibus subditorum utilitati, studio peculiari consulamus. Cum ita-

que, sicut accepimus, licet via, quæ Roma Viterbium ducit, antiquitus Loca, & Terras Nobis, & dictæ Sedi immediate in temporalibus subiecta dumtaxat, nimirum præfaram viam Cassiam, ac a Terra Montis Rosarum nuncupat. Sutrium, & inde Capranicæ, ac Capanna Brusciatæ vulgo nuncupat. Territorium, necnon Terram, seu Territorium Vetrallæ traiceret, maxima cum nostrorum, & ejusdem Sedis subditorum in locis hujusmodi commorantium utilitate, nihilominus a Pontificatu fel. rec. Julii II. vel Pauli III. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, seu alio veriori tempore immutata fuerit via hujusmodi, illaque, & præfatis Locis declinatis, Veredarii, Veredores, Muliones, & alii Viatores per alia Loca, nempe Viterbio trajecto Monte Cymino per Vici, & Roncilionis Terras, ejusque Territorium transire consueverint in gravissimum eorumdem subditorum nostrorum detrimentum.

Motiva hujus Consilii.

§.1. Hinc est, quod Nos ejusdem sedis, ac prædictorum subditorum nostrorum indemnitati, & commodis hac in re consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine omnes, & quascumque Lites, & causas occasione mutationis viæ præfate, illiusque postarum, tam pro parte dilecti filii nobilis viri Ducis Parmæ, & Pilentiæ, ac Universitatum, & hominum dictæ Terræ Roncilionis, quam pro parte Communitatis, & hominum Civitatis Sutrinæ prædictæ, & quorumlibet aliorum motas, & pendentes, etiam instruitas, etiam ut asseritur in Congregatione Viarum, in qua prætenditur tempore piæ mem. Pauli Papæ V. etiam prædecessoris nostri decretum fuisse nihil super præmissis esse innovandum, in statu, & terminis, in quibus ad præsens reperiuntur, a quocumque, seu quibuscumque Judicibus, Tribunalibus, & Congregationibus, coram quibus pendent, tenore præsentium ad Nos avocamus, illasque perpetuo suppressimus, & extinguimus, ac partium, & litium, causarumque hujusmodi Judicibus perpetuum desuper silentium imponimus, necnon vestigiis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & præsertim fel. rec. Clementis Papæ VIII. qui postam e Terra Borghetti ad nostram Civitatem Castellanam, ubi ad præsens existit, transtulit, inherentes, omnes, & singulas postas a dicta Terra Montis Rosarum per Terram Roncilionis prædictam, ejusque Territorium, ac inde per alia loca, & Territoria Nobis, & Sedi prædictæ immediate non subiecta, Viterbium usque quavis auctoritate constitutas, & collocatas, necnon viam ab eadem Terra Montis Rosarum Viterbium per loca, & Territoria hujusmodi tendentem tenore præsentium abolemus, revocamus, prohibemus, & interdiciamus, ac viam antiquam, nempe a dicta Terra Montis Rosarum per Ci-

Avocat lites Sedi Apoli, & perpetuum silentium imponit.

vita-

vitatem, seu Suburbia Sutrina, & Terram Capranicæ, Terramque, seu Territorium Vetrallæ præfata Viterbium usque, Postasque, & diversoria, seu Cauponas in via hujusmodi in pristinum, & cum quo ante Pontificatum ejusdem Pauli III. prædecessoris nostri, & antiquitus quomodolibet erant, statum, usumque restituiamus, & reintegramus, ac diversoria, seu Cauponas denuo instituiamus.

Pene Viatoribus non incidentibus per viam antiquam.

§.2. Mandantes propterea omnibus, & singulis Veredariis, Tabellariis, Veredibus, Aurigis, Quadrigariis, Mulionibus, Agasonibus, Bubulcis, & Viatoribus prædictis, Nobis quomodolibet in temporalibus subditis, ut a die publicationis præsentium in futurum relicta, & declinata via, quæ a Terra Montis Rosarum per dictam Terram Roncilionis, ejusque Territorium, ac Montem præfatum, aliaque Loca Nobis, & Sedi prædictæ immediate non subiecta Viterbium ducit, de cætero viam a Nobis per præfentes restitutam, & respective de novo institutam quovis tempore insistant, & frequentent sub excommunicationis, ac equorum, mulorum, asinorum, jumentorum, boum, vehiculorumque, & carrucarum, ac bigarum, & quadrigarum suorum amissionis, necnon centum ducatorum auri de Camera pro una eadem Camera, & pro altera partibus Communitati, & Universitatibus Sutrinis, aliorumque locorum, per quæ via per Nos, ut præfertur, restituta, & respective instituta traicit, seu traiciet, applicandorum, & in mantentionem, & reparacionem ejusdem viæ convertendorum poenis eo ipso incurrendis.

Præceptum observando.

§.3. Præfentes quoque literas, & omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod in temporalibus quomodolibet Domini, ac Universitates, & homines dictarum Terrarum, & illarum Veredarii, Cauponas, & alii quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, præmissis nullatenus consenserint, & ad hoc vocati, aut auditi non fuerint, minusque causæ, propter quas eadem præfentes emanarunt, deductæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostre, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine resultant, vel præscriptionis, etiam quadraginta annorum, & ultra enormis, & enormissimæ, ac totalis lesionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causâ etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum ne-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

cessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illa restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut etiam motu, scientia, deliberatione, vel potestatis plenitudine similibus concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præfentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac per supranominatos, aliosque omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, & inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§.4. Sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac quorumvis Locorum Status nostri prædicti Gubernatores, Prætores, Magistratus, ac Officiales, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, ac quascumque Congregationes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & interpretari, ac quidquid desuper a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane pariter decernimus.

Card. Camera- rium excepta rem consti. ut.

§.5. Quocirca dilectio filio nostro Antonio Sanctæ Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato, nostro secundum carnem ex fratre germano nepoti nunc, & pro tempore existenti ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario per eandem præfentes injungimus, quatenus illas solemniter publicans, seu publicari faciens, ipsas, & in eis contenta quacumque per se, vel alium, seu alios debita executioni demandet, ac demandari curet. Contradiutores, quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurso, & reclamacione remotis, auctoritate nostra compescendo, invocato etiam ad hoc. si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos enim eidem Cardinali Camerario plenam in præmissis, necnon ad eorum effectum vias novas aperiendi, vel antiquas instaurandi, aliaque necessaria quomodolibet, &